Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift

palatia intitulantur. per quos sempiterna gaudia septiformis spiritus dando predicantur. Hoc festum .l. non in kalendaria die sed in .l.ma post resurrectionem christi et in dominica celebramus: quia per illud illam requiem quo in spiritu sancto requiescemus perenni gaudio commemoramus. Nota illud pentecostes. aliud in .l.ma. Pentecoste inchoat a die resurrectionis christi. usque ad adventum spiritus sancti. Quinquagesima incipit a sabbato quo duo alleluia cantantur. et finitur in dominica. Benedicta scilicet per utrumque corporis et anime leticia exprimitur.

paschale tempus

PASCHALE TEMPUS

De Pascha.

PER L DIES extenditur quia sicut in l.mo anno .i. in iubileo populo reddita est libertas et amissa hereditas. ita nobis in futuro per ipsum in spiritu sancto amissa redditur libertas et paradysi hereditas. Quinquies enim decem sunt .L. Hoc est quod pro labore .v. sensuum denarius his in futuro dabitur. qui hic in vinea domini in christiana hoc est in hac vita in decem preceptis bene laboraverunt. Sunt enim vii ebdomade et una dies. Septies enim septem cum una die sunt quinquaginta. Hoc est quod in vii diebus huius vite per vii dona spiritus sancti .v. sensibus suis decem precepta impleverunt. in futuro illud in premio recipiet in quo solo et quo solus est gaudium OMNIUM.

De pentec.

PER SEPTEM DIES Pentecostes colitur, propter vii dona spiritus sancti, in quibus et ieiunium celebratur. quia martyres spiritum sanctum acceperunt. et festum ab illecebris huius mundi se fideles abstinuerunt.